BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 59r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



est iuxta omnia uerba que pre
ceperat ei rex. ⁊ cessauit ab eo. si
chil enim fuerat auditum. Mansit
ergo iheremias in uestibulo carce
ris usque ad diem quo capta est ihe
rusalem.

XXXIX

Et factum est ut caperetur
iherusalem. Anno nono
sedechie regis iude mense
decimo uenit nabuchodonosor rex
babylonis ⁊ omnis exercitus eius
ad iherusalem ⁊ obsidebant eam. Unde
cimo autem anno sedechie mense quar
to. quinta die mensis. aperta est ciui
tas ⁊ ingressi sunt omnes principes
regis babilonis ⁊ sederunt in porta
medi. heregel. fererer. semegar. na
busar. rachim. rapsaces. aneregel
seresel. rebmach ⁊ omnes reliqui
principes regis babylonis. Cumque
uidisset eos sedechias rex iuda ⁊
omnes uiri bellatores fugerunt ⁊
egressi sunt nocte de ciuitate per ui
am orti regis ⁊ per portam que erat
inter duos muros ⁊ egressi sunt ad
uiam deserti. Persecutus est autem
eos exercitus caldeorum ⁊ comprehen
derunt sedechiam in campo solitu
dinis iherichontine ⁊ captum ad
duxerunt ad nabuchodonosor regem
babilonis in reblata. que est in terra
emach ⁊ locutus est ad eum iudicia
et occidit rex babilonis filios sede
chie in reblata in oculis eius ⁊ om
nes nobiles iuda occidit ⁊ uinxit
eum in compedibus ut duceretur
in babilonem. Domum quoque re
gis ⁊ uulgi succenderunt chaldei igni.

murum etiam iherusalem subuerterunt
et reliquias populi que remanserunt
in ciuitate ⁊ profugas que transfuge
rant ad eum ⁊ superfluos uulgi qui re
manserant transtulit nabuzardan
magister militum in babilonem et
de plebe pauperum qui nichil habebant
penitus dimisit nabuzardan ma
gister militum in terra iuda ⁊ dedit
eis uineas ⁊ cysternas in die illa. Pre
ceperat autem nabuchodonosor rex ba
bilonis de iheremia propheta nabu
zardan magistro militum dicens.
Tolle eum ⁊ pone super illum oculos
tuos nichilque illi male facias. sed ut
uoluerit facias ei. Misit ergo nabu
zardan princeps militie. nabu. et
sabuan ⁊ rapsaces ⁊ neregel ⁊ sere
sel ⁊ rebmach ⁊ omnes optimates
regis babilonis miserunt ⁊ tulerunt
iheremiam de uestibulo carceris et
tradiderunt eum godolie filio aicham
filii saphan ut intraret domum ⁊
habitaret in populo. Ad iheremiam autem
factus fuerat sermo domini cum cla
usus esset in uestibulo carceris di
cens. Uade ⁊ dic abdemelech ethio
pi dicens. Hec dicit dominus deus
exercituum deus israel. Ecce ego in du
cam sermones meos super ciuitatem
hanc in malum et non in bonum
et erunt in conspectu tuo in die illa
⁊ liberabo te in die illa ait dominus
et non traderis in manus uirorum
quos tu formidas. sed eruens libera
bo te ⁊ gladio non cades. sed erit ti
bi anima tua in salutem. quia in me
habuisti fiduciam ait dominus.

59